

illo siccitatē aut flatus gigni. Præterea si illo tēpore ex fumi
mis fieri possit Cometa, cur post cœli ardorem, de quo
inferius, non est factus, eodem ipso mense, uel saltem an-
no? Omnia erant parata, nihil deerat, cœlum semper idē,
cœli conuersio codē, sub æthere ignis, ut putant, adurēs,
omnia tibi tunc flamarum plena; qui non extitit Come-
ta? Sed quādo nullus fuit, in tanta fumorū & flamarū
ui, neq; ex fumis Cometa erit, neque à Cometa fumus,
aut uentus, aut siccitas.

Atq; hoc loco Eraſtū summū Philosophū & Medicū Cap. V.
singularē præterire nō possum. Video & sanè doleo, me In Eraſtū
eū nō esse, qui cū tāto Hercule cōgredi possim. Nō dubi-
to tamē, te maximē, Patrone, uirū laudāte, fore illi meam
hāc disputatiunculā nō ingratā. Legi, ut scis, huius Magi-
stri scriptū. Quātopere tibi tūm gratulatus de istius iudi-
cio tecū sentiētis, uidisti. Sed illud me mouebat, quod Pe-
ripatetici opinionem de uentis probans habet, *non modō*
à cœlo, sed ab insito terræ calore ventos & fumos gigni. Imō
longē grauior est eius oratio. Nam inquit: *Halitus à terræ*
calore potius, quā à stellis est, qui calor in terræ visceribus om-
nia mutat, coquit, perficit, ut animalium calor. Hæc ille. Ad
quæ ipse ista opponam: Nullum ferè hominē ignorare,
minimum qui ppiam esse terrenum globum, si cū cœ-
li magnitudine conseratur. Quo fit, ut nulla sit stellarum
uel minima, que terram subiectā radio & uisua non pos-
sit afficere. Quanta igitur est Lunæ uirtus? quanta unius
tantem Solis? quanta ab omnibus unā stellis. Et si ab ipso
Sole terra non tepeſcit modō, sed aliquando incen-
ditur, uel saltē feruet, ut ego in patria uix nudis pedibus
tangere potuerim, nonne satis hoc unum astrum erit ad
halitus terræ eliciendos? Videmus recedente à Cancro
sole adesse hyemem, dureſcere terrā, iacere niues, omnia
glacie incrufari, flumina, lacus, torrentes omnes con-
glaciare, spiramenta plantarum & animantium astringi.
Contrā ad æstatem, Sole ad nos redeunte, omnia molli-
ri, aperiri, laxari, peruia reddi, & non à Sole uno, uel ab

“
Eraſti uer-
ba

Cœli ma-
gnitudo
Terræ par-
uitas
Stellarum
uires
Solis uis ad
calorem
Solis re-
cessus
Solis ad
nos redditus